

30  
septies tantum hijs qui in captivitate fue  
replebitur terra promissionis a facie ho  
minu a quatuor ventis qui sub celo sunt et  
erunt tanquam locuste in multitudine que congregantur a vento et erit in eis pestilentia et fa  
mes et exaltabitur cor exterminatorum et in  
superbiam elabitur et loquetur excelsa usque  
ad tempus constitutum eis et obtinebunt intro  
itum et exitum aequilonis et eoam usque ad oc  
casum et a maricimo. Et erunt omnia sub iugo  
eorum homines que et iumenta volatilia vel pisces  
maris natantia et etiam aqua maris obaudiet  
eis et destitute civitates viduateque ab eis  
de habitatoribus suis fuerunt et erunt illorum. Et  
scribent sibi terminos per solitudines et lingua  
nasiluarum et pulvis terre et lapides et veritas  
terre et pisces maris erunt in introitu  
eorum et labores vel sudores agriculorum terre  
et hereditas divinum et que inferuntur sanctis  
sive argentum sive lapides preciosi sive era  
mentum vel ferrum omnia illorum erunt. Indu  
menta etiam sacrata vel preclara et esce omnes  
et omne quicquid preciosum est illorum erit et  
exaltabitur cor eorum usque adeo ut et mortu  
os appetant secundum equalitatem vivorum. Simi  
liter autem ex pupillis et viduis et ex factorum